Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Quis nos seruabit de manu deorum istorum istorum. Hi sunt dii. qui percusserunt egyptum omni plaga in deserto. Ista est egra tulatio gentium! ad predicationem euangelii sibi applaudentium. audientes inquit gentes gaudebant. et cum gaudio verbum a paulo et barnaba susceperunt. Sublimes dii predicatores sunt euangelii! iuxta illud psalmi. Ego dixi. dii estis. Isti dii egyptum omni plaga in deserto percusserunt. qa predicatores seu euangelii. mundum in tenebris ignorantie constituunt. in deserto gentium. acutis uerbi di sagittis infixerunt. Cohortant et g se miscere phylistei! cohortantur se gentium populi. ad fidem conuersi. Confortamini in penitentie satisfactione! et estote uiri. in morum emendatione. Confortamini p ach uam uita. et bellate p contemplatiuam! ne p fame uerbi di seruatis hebreis! sic illi p inopia fame seruierunt nobis.

Sic phylistiim pugnant! sic gentium populi cohortantes se p timore et amore dei. uiciis et peccatis repugnant. Israel cedit et fugatur! qa synagoga in suis cerimoniis prosternit et repellitur. Fit plaga magna nimis! qa plaga ista est insanabilis. Plaga inqt inimica percussit te! castigatione crudeli. Cadunt de israel triginta milia pedituum! que sunt scientia ppha (legis) ac et scientia agyographorum.

Non equites sed pedites prosternunt! quia iudei p scientia scripture in sursum attollunt! sed carnis delectationib inuoluuntur. Archa di capit! qa tota sce scripture intelligentia sana eis tollit. Ophni et finees moriunt! qa doctores illi quibus credita fuerant eloquia di. ignorantia di et sui extinguunt. Sequitur.

Curre es dui vir de beniamyn

ex acie. uenit in silo in die illo! scissa uestite. et conspersus puluere caput.

Cunq; ille uenisset heli sedebat super sella. contra uia expectans. Erat enim cor eius timens p archa dni. Vir autem ille postquam ingressus est. nuntiauit urbi! et omnis ululauit ciuitas.

Et audiuit heli sonitum clamoris! dixitq;. Quis est hic sonitus clamoris huius. At ille festinauit et uenit! et nuntiauit heli. Heli autem erat nonaginta et viii. annorum! et oculi eius caligauerunt. et uidere non poterat.

Et dixit ad heli. Ego sum qui ueni de proelio! et ego qui ex acie fugi hodie. Cui ille dixit. Quid actum est fili mi. Respondens ille qui nuntiabat. fugit israel coram phylistiim! et ruina magna facta est in populo. Insuper et duo filii tui mortui sunt ophni et finees! et archa dni capta est. Cunq; ille nominasset archam di. cecidit de sella retrorsum. iuxta ostium! et fracti sunt cerui eius mortuus est. Senex enim erat uir et grandeuus! et ipse iudicauit israel xl ta annis. Nurus autem eius uxor finees pregnans erat. uicinaq; partui! et audito nuntio qd capta esset archa di. et mortuus socer suus et uir suus! incuruauit se et peperit. Irruerant enim in ea dolores subiti. In ipso autem momento mortis eius! dixerunt ei qui astabant coram ea. Ne timeas! quia filium peperisti. Que non respondit eis! neq; animaduertit. Et uocauit nomen eius hichabod dicens.

Translata est gloria di israel! quia capta est archa di. Et p socero suo et p uiro suo dixit. Translata est gloria di ab israel! eo qd capta esset archa di et.